



Crisis Theologica

In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi controversiæ,
subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Crisis Theologica - In Qva Selectiores, Et Acriores hujus, et elapsi sæculi
controversiæ, subsecuturâ in Elencho legendæ discutiuntur

Casnedi, Carlo Antonio

Ulyssipone, 1712

§. III. Bulla Innocentij Duodecimi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84796](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84796)

N. 18. Declarat, quòd habens licentiam absol-
vendi à casibus Sedi Apostolicæ reservatis,
absolvere nequeat à casibus ab Episcopo re-
servatis.

N. 19. Demum declarat irritum quidquid super
his à quopiam quavis autoritate sulto scienter
vel ignoranter contigerit attentari. Ex quâ
clausulâ manifestè inferitur omnes Confes-
sarium secus operantium absolutiones fu-
turas non tantum illicitas, sed invalidas.

§. III.

Bulla Innocentij Duodecimi.

SUMMARIUM.

Disti Pontificis Bulla, n. 20.

Est valde proluxa, n. 21.

*Declarat reprobam à Paulo V. & alijs, opi-
nionem, quòd vi Cruciatæ possit quis ab omni
ubicumque approbato absolvi, n. 22.*

*Se motu proprio, & de Apostolica Sedis plenitu-
dine decernere, quòd Cruciatæ nil novi juris
induxerit, & comprehendit tam Saculares,
quam Regulares, n. 23.*

*Declarat Confessiones faciendas futuras invali-
das: & Confessores jure ipso suspensos, n. 24.*

*Omnem opinionem oppositam reprobam, ut perni-
ciosam, n. 25.*

Abolat omnem consuetudinem, ibid.

*Vetat sub excommunicatione sibi soli reservatâ,
ne quis tueatur contrariam, n. 26.*

*Tollit omnem à quocumque etiam expresse no-
minando facultatem aliter interpretandi, n.
27.*

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam,

N. 20. **C**Um, sicut non sine gravi animi no-
stri dolore ex nonnullorum Venera-
bilium Fratrum Episcoporum Regni
Portugalliæ, & aliorum timoratæ conici-
entis virorum delatis ad Nos querelis ac-
cepimus, in Regno præfato revixerit, ac
in dies magis invalescat opinio per quas-
dam felic. rec. Pauli V. Urbani VIII. &
Clementis X. Romanorum Pontificum
Predecessorum nostrorum Constitutiones,
nec non plura Congregationum tunc exi-
stentium S. R. E. Cardinalium Concilij
Tridentini Interpretum, ac respectivè ne-
gotijs, & consultationibus Episcoporum,
& Regularium præpositorum Decreta du-
dum damnata, & reprobata, quâ innixi
plerique illarum partium privilegia, & in-
dulta per litteras Apostolicas pro Cruciatâ
Sanctâ emanatas, seu, ut vocant, Bullam

Cruciatæ, concessâ, ita intelligenda esse
existimant, ut facultas in litteris, seu Bul-
la hujusmodi Christi fidelibus attributa,
confitendi peccata sua cuilibet Confessario,
per quemcumque Ordinarium ad confes-
siones audiendas approbato, locum habeat,
& habere censeatur, etiam si is non fuerit
Ordinarius loci, in quo confessiones præ-
fatas excipi contigerit; hinc est, quod
Nos ex debito Pastoralis officij, quod hu-
militer nostræ meritis licet, & viribus locu-
gè impari commisit divina dignatio, an-
marum periculis in re tanti momenti, que-
lis est sacramentalis confessio, quantum
Nobis ex alto conceditur, paternâ chari-
te occurrere cupientes, necnon Constituti-
onibus, & Decretis supradictis inhaeren-
tes, de Venerabilium fratrum nostrorum,
eiusdem S. R. E. Cardinalium, primum,
quidem supradictis negotijs, & consulta-
tionibus Episcoporum, & Regularium
præpositorum, tubinde verò etiam aliorum,
in totâ Republicâ Christianâ contra hære-
ticam pravitatem generalium Inquisito-
rum à Sede Apostolicâ specialiter deputa-
torum, qui opinionem præfata ex me-
gro examinarunt, remque totam mature
discusserunt, consilio, ac etiam motu pro-
prio, & ex certâ scientiâ, & maturâ deli-
beratione nostris, deque Apostolicæ pote-
statis plenitudine, tenore præsentium, de-
cernimus, & declaramus Bullam Cruci-
atæ Sanctæ nihil novi juris induxisse, nul-
lumque privilegium continere quoad ap-
probationem Confessariorum contra for-
mam ejusdem Concilij Tridentini, & præ-
dictarum Constitutionum Apostolicarum,
adeo ut Confessarii tam seculares, quam
Regulares, quicumque illi sint, in vim di-
ctæ Bullæ Cruciatæ à penitentibus ad au-
diendas eorum sacramentales confessiones
electi, nullatenus confessiones hujusmodi
audire valeant sine approbatione Ordina-
rij, & Episcopi Diocetani loci, in quo ip-
si penitentes degunt, & Confessarios eli-
gant, vel ad excipiendas confessiones re-
quirunt, nec ad hoc suffragari approbati-
onem semel, vel pluries ab alijs Ordinarijs
aliorum locorum, & Diocesium obtentam,
etiam si penitentes illorum Ordinariorum,
qui Confessarios electos approbant, sub-
diti forent; confessiones autem aliter, &
contra earundem præsentium, aliarumque
Apostolicarum Constitutionum formam
deinceps faciendas, & excipiendas respecti-
vè, præterquam in casu necessitatis in mor-
tis articulo, nullas fore, irritas, & invali-
das, & Confessarios ipso jure suspensos

esse, & etiam rigide puniendos ab ipsis Ordinarijs locorum. Porro quaecumque contrariam opinionem tamquam falsam, temerariam, scandalosam, & in praxi perniciosam, praetento quovis contrario usu, contrariaque consuetudine etiam antiquissima minime obstantibus, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine patribus harum serie damnamus, & reprobamus, contrariumque usum, ac contrariam consuetudinem huiusmodi penitus, & omnino abrogamus, & abolemus. Ac proinde omnibus, & singulis Christi fidelibus nequicquamque status, gradus, conditionis, & dignitatis existant, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignis, ne supradictam opinionem docere, tueri, aut ad praxim deducere quovis modo audeant, seu praesumant sub poena excommunicationis per contrafacientes ipso facto abique alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, praeterquam a Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo huiusmodi constitutus absolutionis beneficium obtinere valeat, interdicimus, & prohibemus. Decernentes etiam easdem praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque etiam ex eo quod in praemissis interesse habentes, seu habere quomodolibet praecedentes, cuiusvis status, gradus, ordinis, praeminentiae, & dignitatis existant, seu alias specificae, & individuae mentione, & expressione digni, illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, causaeque propter quas praesentes emanarint, sufficienter adductae, verificate, & iustificate non fuerint, aut ex alia quolibet, etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, praetextu, & capite, etiam in corpore iuris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis lationis, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, aut intentionis nostrae, vel interesse habentium consensus, aliave quolibet etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuaeque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, retractari, in controversiam vocari, aut ad terminos iuris reduci, seu adversus illas apertionis Oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque iuris, facti, vel gratiae remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare nullo modo possit;

sed ipsas praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, tuolque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, inviolabiliter, & inconcussè observari; sicque, & non aliter, in praemissis per quoscumque Iudices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac dictae S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Sedis praefatae Nuntios, ac memoratæ Cruciatæ Sanctæ Commisarios, aliosve quoslibet quaecumque praeminentia, & potestate fungentes, & futuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti, debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus praemissis, ac Apostolicis, & in Universalibus, Provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, nec non quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum, aliisque quibuscumque iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate, alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & Institutis, illorumque, superioribus, & personis, ac alijs quibuscumque, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque derogationum derogatorijs, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & alijs Decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, seu ad quaecumque personarum, etiam quavis Ecclesiastica, vel mundana, dignitate fulgentium instantiam, aut earum contemplatione, seu alias quomodolibet in genere, vel in specie etiam consistorialiter concessis, ac pluries, & quantumcumque vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque toris tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda, foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & intererentur, praesentibus pro plenè, & suffici-

„sufficienter expressis, & incertis habentes,
„illis alias in suo robore permanens, ad
„præmissorum effectum hac vice dumtaxat
„specialiter, & expressè derogamus, ac de-
„rogatum esse volumus, ceterisque contra-
„rijs quibuscumque. Ceterum, ut eadem
„præsentis litteræ omnibus facilius innotef-
„cant, nec quisquam illarum ignorantiam
„valeat allegare, volumus, & Apostolicâ
„authoritate decernimus, ut illæ ad valvas
„Basilicæ Principis Apostolorum, ac Can-
„cellariæ Apostolicæ, necnon Curiae gene-
„ralis in Monte Citorio, & in acie Campi
„Floris de Urbe per aliquem ex Curforibus
„nostris, ut moris est, publicentur, illarum-
„que exempla ibidem affixa relinquantur,
„ita ut sic publicatæ omnes, & singulos,
„quos concernunt, perindè afficiant, ac si
„unicuique illorum personaliter notificatæ,
„& intimatæ fuissent: utque ipsarum præ-
„sentium litterarum Transumptis, seu ex-
„emplis etiam impressis, manu alicujus No-
„tarii publici subscriptis, & sigillo personæ
„in Ecclesiasticâ Dignitate constitutæ mu-
„nitis eadem prout fides tam in iudicio,
„quam extra illud ubique locorum habeat-
„ur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si fo-
„rent exhibitæ, vel ostentæ. Datum Romæ
„apud Sanctam Mariam Maiorem sub An-
„nulo Piscatoris die xix. Aprilis M. DCC.
„Pontificatus nostri anno nono.

I. F. Cardinalis Albanus.

N. Valde prolixa est, eandem tamen suismet
21. verbis nil immutato transcribere duxi, ne in
Felix. desiderio esset quod omittitur; cum quoad
præcipuum punctum refert Felix tom. 1. n.
3858.

N. Declarat primò damnatam, ac reproba-
22. tam fuisse à Paulo V. ab Urb. VIII. à Clem.
Paul. V. X. ex pluribus S. Conc. Tridentini Con-
Urban. gregationibus, sententiam tuentem, quòd
VIII. vi Cruciatæ liceat cuique cum omni ap-
Clem. X. probato à quocumque Ordinario confiteri,
etsi ab Ordinario loci, in quo fit confessio,
approbatus non sit.

N. Secundo, se præmisso, iterato, & serio
23. ejus opinionis examine nixum dictorum
Pontificum Decretis, consilio, ac etiam pro-
prio motu, & ex certâ scientiâ, de Apostoli-
cæ Sedis plenitudine, decernere, quòd Cru-
ciata nil novi juris induxerit, & quòd Con-
fessores tam Sæculares, quàm Regulares, vi
Cruciatæ ad audiendas confessiones electi,
nullatenus vi Cruciatæ possint eos Pœnitentes
audire, nisi dicti Confessores ab Episco-
po aut Ordinario loci, in quo confessiones
audiunt, sint approbati.

N. Tertio declarat nullas, irritas, & invalidas
24.

das fere confessiones contra hanc suam con-
stitutionem, & alias Pontificum constitu-
tiones deinceps faciendas, excepto mortis
articulo: & Confessores ipso jure suspensos,
& rigide puniendos. Vide mi Lector quid
laxæ interpretationes Interpretibus probe-
runt.

Quartò quamlibet opinionem contra N.
riam, motu proprio, & ex plenitudine potestatis,
tis, damnat, & reprobatur, ut falsam, teme-
rariam, scandalosam, perniciosam, non ob-
stante quacumque in oppositum consuetu-
dine, quam omnino abolet, & derogat.

Quintò verat omnibus Christi Fideiibus, N.
etiam de necessitate nominandis, sub excom-
26. municatione ipso facto, absque aliâ declara-
tione, incurrendâ, soli Papæ, excepto mor-
tis articulo, reservatâ, nequis dictam opi-
nionem taceatur, doceat, & quovis modo
prædicet.

Demum ait, se decernere, suas præsentis N.
litteras semper firmas, validas, & efficaces
existere, & fore, & inviolatè servandas: sub-
latâ omnibus, etsi Cruciatæ Commilitariis,
& S.R.E. Cardinalibus, etiam de latere Le-
gatis, & Nuntijs, aliter interpretandi fa-
cultate; adeo ut iudicari & definiti debeat
irritum, & inane, quidquid sciens, aut ig-
noranter in oppositum attentetur. Non ob-
stantibus quibuscumque privilegijs, etsi ju-
ramento, Apostolicâ confirmatione, aut
aliter roboratis.

§. IV.

*Dislarum Clementis, & Innocentij Bullarum
identitas, & differentia.*

SUMMARIUM.

*Conveniunt, quòd utraque est perpetuè valida,
& est definitiva, & derogat omni opposita con-
suetudini, n. 28.*

*Utraque declarat Confessiones esse invalidas,
ibid.*

*Differunt, quòd Clemens X. est quasi totus con-
tra privilegia Regularium. At Innocentius di-
rigitur tam ad Sæculares, quàm Regulares vi
Cruciatæ absolventes, n. 29. 30.*

*Et quòd Innocentius plures addat, contra opinio-
nes, censuras, & contra opinantes, penales,
n. 31.*

Conveniunt 1. quòd utraque est à Papâ N.
ut Capite Ecclesiæ; utraque perpetuè 28.
valitura; utraque definitiva & declarativa:
quin titulus Bullæ Innocentij XII. est, Sæ-
cristissimus D. N. Innocentij Declaratio. Secundo,
quòd utraque non tantum est legislativa,
quætenus